

1. Probatorias, C. de divers. offic. lib. 12. Mascard. d. concil. 711. numero 51. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 26. num. 1. & 2. ubi per totam fuse differit de clausula, ut exemplo rescripti credatur: ac citationem partis non desiderari, praesertim in casu speciali, de quo agebatur, resolvit propter difficultatem, seu impossibilitatem.

SUMMARIUM.

- 1 Scriptura private definitio expenditur, ac explanaatur.
- 2 Diviso in apocham, liberum rationum, & epistolam.
- 3 Scriptura private, nisi comprobetur, non probat: publica per se abique adminiculis probat.
- 4 An lege, aut consuetudine statui posuit, ut privata scriptura per se probet.
- 5 Scriptura private, et si negetur, duobus de regesta testificantibus, comprobatur.
- 6 Alius modus comprobacionis subjugatur.
- 7 Chirographum quid sit, & qualiter comprobetur, ut plene probet.
- 8 Chirographum nihil interest, à quo scriptum, modo à debitore subscripturatur.
- 9 Per recognitionem debitoris in judicio plene probat.
- 10 Utrum sufficiat, duos testes deponere de confectione chirographi, ut ipsi plena fides adhibeatur.
- 11 Testium depositioni an jungenda litterarum comparatio, ut chirographum plene probat, & num. 18.
- 12 Comprobatio per testes afferentes subscriptionem debitoris esse, quia litterarum formam agnoscent, non sufficit ut chirographum probet. Quid si simul testificantur, se confectioni interfuerit.
- 13 Femina ad comprobacionem illam chirographi in testes recipiuntur.
- 14 Testibus suas subscriptiones agnoscantibus, & restantibus chirographum à debitore coram ipsis scriptum, aut subscriptum, plena resultat probatio, & num. 17.
- 15 Necesse non est, ut accedit litterarum comparatio.
- 16 Privata scriptura scribi, aut subscribi debet à debitore.
- 17 Posterior creditor hypothecarius ex instrumento publico prefertur anteriori ex chirographo, etiam comprobato, aut recognito: quod limitatur, & num. 28. 30. & 31.
- 18 De prælatione ob papyri qualitatem in Hispania inter chirographarios creditores.
- 19 Solemnis scriptura nuncupatur, in qua observatur forma legis Scripturas, §. 1. C. qui posterior.
- 20 Quæ solemnitates prefata constitutio desiderat.
- 21 Si unus ex testibus instrumentarius propriam subscriptionem non recognoscet ob impedimentum, an cesserit dicta legis Scripturas, & quid si duo, vel omnes deceferint.
- 22 Creditor qui duobus testibus contractum cum hypotheca probaverit, an proponatur posteriori publicum instrumentum habenti, & num. 26, cum seqq.

CAPUT XXII.

PRIVATA scriptura definiri potest, ut si instrumentum inter privatos confectum, carens publica forma, & autoritate, quod per se plenam fidem non meretur, nisi aliunde legitime comprobatum. Sic colligitur ex Genua tract. de privat. scriptura, libro 1. quest. 1. Scaccia de judic. libro 2. capite 11. numero 1172. qui diversas definitiones tradiderunt. Dicitur

- 28 Probatio per instrumentum potior non habetur probatione ex testibus, nisi ubi pro forma requiritur scriptura.
- 32 Si duo testes tantum subscripterint chirographo, an defectus tertii suppleri possit alii adminiculis, ut creditor chirographarius anterior non postponatur posterior cum publico instrumento.
- 33 Debitor an sit opus ut propriam subscriptionem agnoscat in casu dicta legis Scripturas.
- 34 Chirographum sola comparatione literarum, aut testium depositione, qui non subscripterunt, comprobatum producit tantum semiplenam probacionem.
- 35 Epistola quid sit, & quando plenam, vel semiplenam probationem faciat.
- 36 Ut Epistola noceat sribenti, necesse est ut perveniat ad eum, cui mittitur, vivo sribente: quod sub distinctione verum est.
- 37 Epistola quando probet adversus recipientem, & quomodo comprobetur per testes.
- 38 Liber rationum definitur.
- 39 Probat contra sribentem, non in alias regulariter.
- 40 An scripta in libro rationum pro Tilio, & contra eum per libri dominum, ita probent, ut illi scut proscut, nocere debeant.
- 41 Liber rationum utrum fidem faciat contra tertium, ubi sribentis nihil interest.
- 42 Non paucis in provinciis receptum constat, ut libris mercatorum, aut camporum eriam pro sribente fides adhibeatur, quod restringitur.
- 43 Scriptura signata sigillo privati quam probationem faciat in signantem, remissive.
- 44 Sigillum persona publica authenticum presumitur de consensu domini impressum: secus privatum, & an scriptura sic signata probet in dominum, et si non constet, eum sigillum adhibuisse.
- 45 Si quis neget, sigillum suum esse ac contrarium probetur, non audierit idem allegans absque ipsius voluntate appositorum scriptura.
- 46 Ubi pro forma desideratur subscriptio, ejus defit us per sigilli impressionem non suppletur, est alias suppleatur regulariter.
- 47 Quod sigillum dicatur authenticum, remissive. Publica quomodo custodi debent, & de Cannellariis, qui in Regiis Pretoriis resident, ibid.
- 48 Sigillum an sit de substantialibus in rescriptis.
- 49 In privata scriptura debet exprimi causa, ut subsistat, & probetur: defectu autem diei non vitatur, que aliter se habent in publico instrumento.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXII.

137

Dicitur instrumentum, loco generis, quia convenit cum publica scriptura: & quamvis controvertatur, verius tamen est privatam instrumenti appellatione contineri, cum ad instruendam causam possit deseruire, secundum notata cap. 19. num. 1. atque ita tenent Pareja de instrument. edit. tit. 1. resol. 3. §. 5. numero 1. Genua sup. quest. 3. numero 2. & quest. 5. per rot. Reliqua pro differentia ponuntur; etenim publica scriptura sine adminiculis ex se probat, ut dicitur sup. cap. 19. num. 20. haec non utique, sicut ex dictis apparebit, & hic D. Covarri. edocuit. Additur, carens publica auctoritate, & forma; nam eti unius, vel plures notarii scripturam conficerent, ac subscriptione roborarent, non tamen erit publicum instrumentum, nisi formam jure praescriptam observarent, Genua d. quest. 1. num. 8. Tusch. lit. S. concl. 74. num. 20. Pareja cum aliis num. 5. Mascard. de probat. concl. 1295. num. 9.

2 De scripturæ private divisione videndum Tusch. ubi proxime, Genua q. 2. Cancer. Variar. part. 1. cap. 22. numero 1. Lanfranc. tract. de instrum. num. 54. Mascard. concl. 6. numero 26. Osuald. ad Donell. lib. 25. cap. 8. littera T, secundum quos est triplex apodia, seu apocha, quæ parti traditur, liber rationum, & epistola. Quo jure fit inventa tradit Genua q. 3.

3 Exorditur D. Praes à principio inter publicam, & privatam scripturam discrimine; illa enim, extinctis notario authore, ac testibus, fidem plenam facit, Morla Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quest. 3. num. 1. Genua lib. 1. quest. 14. num. 1. haeres non nisi per recognitionem, ac testes comprobetur. Cujac. in cap. 2. de fid. instrument. Unde communiter fertur, scripturam privatam per se non probare, l. 119. tit. 18. p. 3. Gregor. Lop. in l. 114. gloss. 5. eod. tit. Tusch. lit. S. concl. 76. num. 2. Barbosa collect. cap. 2. num. 2. de fid. instrum. Genua q. 4. numero 1. Osuald. sup. d. cap. 8. lit. 1. Mascard. conclus. 1295. num. 9. Marescot. variar. lib. 1. cap. 79. num. 1. & cap. 82. n. 17.

4 Quam conclusionem multipliciter ampliant, ac adstringunt Interpretes, ut vide licet apud Tusch. d. concl. 76. Pareja d. §. 5. Genua lib. 1. quest. 4. Mascard. concl. 1295. Marescot. d. cap. 79. Quæri solet, an lege, vel consuetudine statui possit, ut privatæ scripturæ absque ullo adminiculo plena fides adhibetur? De quo Tusch. d. concl. 76. num. 54. Genua sup. n. 19. Cancer. d. cap. 22. num. 8. Affirmant plerique, aut mercatorum observari variis in provinciis agnoscamus, tum ob commercii facilitatem, tum quia cum illis contrahentes, ipsorum fidem sequi, ac probare censemur, ut liberis sui ministerii plena fides adhibeatur: at quoad apochas, & epistolas nulla ratio patitur, ut papiro simplici credatur; dum aliquo modo non constat, ab eo qui dicitur; confessam fuisse scripturam; ideo nonnulli facultatem constituerunt, ut scripturæ plenè credatur. Principibus denegarunt, quos Genua refert.

Ad Num. I.

5 Scriptura privata, si ab obligato non agnoscatur, duobus testibus de veritate rei gestæ deponentibus, solet comprobari, ut plenè probetur. Gregor. Lop. in l. 114. tit. 18. part. 3. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2. cap. D. de Faria Covar. Encl.

20. num. 30. Mascard. conclus. 110. numero 4. Vela dissertat. 21. num. 34. Genua lib. 2. q. 1. num. 155. Merlin. cum aliis de pignoribus, lib. 4. quest. 51. num. 36. Morl. sup. num. 17.

Ibi: Quandoque tamen testes.

Altera forma, & propria quidem compendia scripturæ privatae, et cum testes duo, vel plures deponunt, se interfusse illius confectioni, ac vidisse quod ipsam scripturam, aut eidem subscripterit is, qui narratur, l. 119. titul. 18. part. 3. Tusch. littera S, conclus. 76. numero 18. Mascard. conclus. 110. à numero 9. Barbosa collect. cap. 2. num. 2. vers. Deinde adverte, de fid. instrum. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 114. num. 19. & 20. Marescot. variar. lib. 1. cap. 79. numero 1. & alii statim recendiunt: Sed si non liqueat scriptura an sit publica, vel privata, potius privatam, quam publicè confecta presumitur. Pareja sup. d. resol. 3. §. 5. num. 11. Genua lib. 1. quest. 4. num. 19. Videas infra, num. 10. & 11.

Ad Num. 2.

Chirographum (quod est promissio obligatoria manu debitoris subscripta, Alciat. in l. Procurator, num. 34. C. de edend.) obtinet plenam fidem, si legitimè probetur conscriptum vel subscriptum ab illo, cuius nomen exprimit. Genua lib. 2. quest. 1. de apacha, num. 95. & 156. Lanfranc. tract. de fid. instrum. num. 54. Cancer. variar. part. 1. cap. 22. num. 16. Trentacing. variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. num. 18. & alii pronuper laudent. Haec de apacha pariter accipienda sunt, que etiam privata scriptura est obligationem continens, & parti traditi solita, sed absque solemnitate confecta legis Scripturas, C. qui potior, sicut precitati docent. Quomodo probatio fieri debeat, ex dictis, ac dicendis apparebit.

Ibi: Quæ sensit idem esse quoties.

Quoad comprobacionem chirographi nihil refert, si debitor subscripterit, vel alius de eius mandato, si idem subscripterit, l. 114. tit. 18. part. 3. Tusch. d. concl. 76. num. 32. Mascard. num. 7. & 13. Guttier. Practicar. lib. 1. quest. 121. in fin. Genua d. quest. 1. titul. de apacha, man. tert. conscrip. numero 40. ac lib. 1. q. 4. num. 108. Cancer. num. 4. Parlador. quotidiana, lib. 4. cap. fin. part. 1. §. 5. num. 5.

Ibi: Probatur vero.

Chirographum adipiscitur fidem plenam, si debitor à se confectum in judicio fateatur. Genua dict. lib. 2. q. 1. num. 8. Marescot. sup. num. 2. Barbosa num. 4. Mascard. num. 2. Tusch. & Lanfranc. ubi proxime. Quod ita verum est, ut apud nos paratam mereatur executionem, l. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Parlador. sup. numero 1. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. q. 3. num. 7. Pareja numero 24. quod nulli privatæ scripturae aliter comprobatae concessum est. Parlador. num. 14. Azeved. in l. 1. num. 28. titul. 21. lib. 4. Recopil. cuius meminimus Variar. lib. 2. cap. 11. n. 28.

S Hæc

Hæc locum obtinent, quanquam agnoscens chirographum, se debere inficietur. Genua ubi proximè, Fachin. *controvers. lib. 11. cap. 29.* Mafcard. *d. conclus. 110. num. 8.* quicquid alii sentiant, ut Morl. à numero 8. Præterea, quanquam scriptura manu creditoris appareat confecta debitoris subscriptione, per hujus confessionem plenè probat. Genua *de script. priv. lib. 1. q. 16. conclus. 1. num. 2.* ac ex lege regia exequutioni mandatur, d. §. 5. num. 6. ut docuit Parlard. Quomodo fiat recognitio, tradit Genua q. 14.

Ad Num. 3.

Disputationis est an duo testes sufficiant de confessione chirographi, ut assertum est, deponentes, ut illi plena fides adhibeatur; nam tres omnino desiderati non paucis videtur, & probat Genua *lib. 2. quest. 1. ex numero 149.* Contrarium tenet ex *l. 119. tit. 18. p. 3.* Gregor. Lop. in *l. 114. gloss. 8. eod. tit. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 15. num. 12.* Mafcard. *concl. 110. num. 3. & 4.* Cur. Philip. *part. 1. §. 17. num. 36.* Id judicis arbitrio reliquit Menoch. *d. casu 114.* Consulas relatos suprà, num. 6. & lege infra, num. 34.

Ad haec controvertitur etiam, utrum testimoniū declaratio litterarum compaatione debet coadjuvari, ut scriptura plenam fidem producat? Ad quod videndi Gregor. Lop. *ubi proximè. Genua num. 56. cum seqq. Mafcard. conclus. 285. num. 2. & 3.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrument. resol. 12. num. 17. & 18.* & alii, quos cumulat Anton. Gab. *commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. num. 5.* & de jure veræ videtur distinctio Trentacini, ac Morla *sub num. 16.* ut scilicet si testes subscripterint, & proprias agnoverint subscriptiones, ad similitudinem non recurratur, alias fecus. Genua verò eti teneat; apocham sola testimoniū depositione roboratam, nec semiplenam probationem operari; in praxi tamen plenam producere testatur *num. 225. cum seqq. Anton. Gab. commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. num. 14.* Mafcard. *concl. 330. num. 28.*

Si testes depositerint, subscriptionem esse debitoris, quia cognoscunt literas, ac characterem, quibus ille uti solebat, non probant. Tusch. *lit. S. conclus. 176. numero 15.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 22. num. 15.* Barbosa *collect. cap. 2. num. 9. vers. Deinde, de fid. instrument. Genua lib. 2. q. 1. num. 202.* Mafcard. *variar. lib. 1. cap. 79. num. 6.* ast si simul se confessio scriptura interfuisse testentur, semiplenè probabunt. Genua *num. 204.* vel etiam plenè in causa parvi præjudicij. Cancer. *num. 16.* Videas inferius *num. 34.*

Ibi: *Nec requiritur, quod hī testes.*

In hujusmodi chirographi comprobatione etiam fœminæ admittuntur in testes, etiā alias excludantur, sicut adnotabitur inferius, Mafcard. *concl. 110. num. 22.*

Ad Num. 4.

Quoties testes apochæ subscripti suas scriptiones agnoscunt, ac præterea asseverant, scriptam, aut subscriptam fuisse à debitore, adstantibus ipsi, plenam faciunt probationem. Menoch. *de arbitrar. casu 114. num. 2.* Genua *lib. 2. q. 1.*

num. 201. Mafcard. *conclus. 110. num. 1.* Lanfranc. *de fid. instrum. num. 54.* Trentacinq. & Morl. *ubi proximè.* Satque erit si ex tribus testibus duo hujusmodi testimonium ferant, Menoch. *num. 3.* Mafcard. cum aliis *num. 3.*

Ibi: *Sic nec in hac specie sufficit.*

In præmisso casu non est opus, ut literatum adhibeatur comparatio. Genua *ubi proximè.* Trentacinq. & Morl. *ibidem.* At Thesaur. *quaest. forens. lib. 1. cap. 24. num. 11.* Farinac. *fragment. part. 1. ex num. 495.* Mafcard. *concl. 330.* Genua *d. quest. numero 495.* Menoch. *d. casu 114. à num. 6.* tradunt quanta fides literarum comparationi praestanda, de quo infra, num. 34. Ubi de comprobando chirographo agitur, maximè iudex attendere debet personam creditoris, si talis sit, ut de eo fraus præsumi non possit. Marescot. *d. cap. 79. num. 14.*

Ibi: *Idem esse, quod scriptura.*

Apocha per debitorem subscribi debet, si ab alio scribatur; sed si ipse eam scriperit proprium nomen, ac cognomen exprimens, subscriptione non egerit. Menoch. *sup. num. 4. & 5.* Cancer. *d. cap. 22. numero 34.* Genua *de privat. scriptur. lib. 1. quest. 4. num. 118.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quest. 89. num. 14.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. n. 5.* Sed & manu creditoris scribi poterit, si à debitore subscrivatur. Genua *lib. 2. quest. 2. num. 13.* nam subscribere, ac scribere idem est. Genua *lib. 1. quest. 4. num. 128.*

Vers. Quartō comprobatur.

Quod præmissum est suprà, num. 14. æquè procedit quanquam obligatus, qui chirographum propria manu conficit, subscriptionem omisferit, cum hoc nihil interfit, ut proximè laudati adverterunt. Consulas Genuam distinguente à *num. 136.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 976. cum seqq. Anton. Gab. commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. num. 14.* Mafcard. *concl. 330. num. 28.*

Ibi: *Ubi testes non fuerint subscripti.*

Sic distinximus suprà, num. 11. nam si testes subscriptant, per recognitionem, ac testificationem de confessione scripturæ probant plenè, remota litterarum comparatione: si non subscripterint, comparatio desideratur, nec sat est, si asseruerint, sibi notam debitoris subscriptionem, sicut prænotatur *num. 12.* Videas inferius *num. 34.*

Ad Num. 5.

Agens hypothecaria ex chirographo vel debitoris confessione, vel alter comprobato, non preferetur posteriori creditori, si publico instrumento ministratur, *l. 31. titulo 13. p. 5.* Tusch. *lit. S. conclus. 79. num. 1.* Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 15. num. 1.* Genua *lib. 1. quest. 16. concl. 2. num. 1.* ubi latè, præter quamplures, quos congerunt Salgad. *Labyrinthi credit. part. 2. cap. 20. num. 27.* Pareja *de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 77.* & adnotavi *Variar. lib. 2. cap. 11. num. 31.* Morl. *sup. num. 15.* Vide infra, *num. 26. 30. & 31.*

Fallit

20 Fallit verò, quoties chirographum trium testium subscriptione conficitur, quod si per eos agnoscarur quovis tempore, retrotrahitur ad diem contractæ obligationis, ita ut chirographarius creditor præponatur instrumentarii qui interim contraxerunt. Tusch. *num. 3.* Salgad. *num. 29.* Genua *d. quest. 16. concl. 3. num. 1.* Merlin. *num. 3.* Pareja *num. 63.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. fid. resol. 12. num. 1.* Matienz. in *l. 7. gloss. 5. num. 12.* tit. 16. *lib. 5.* Recop. Morl. *sup. vers. Ceterum, & alii, quos recensui ubi suprà num. 32.* Disputat Pareja à *num. 64.* num hodie apud nos, ex *l. 48. tit. 25. lib. 4.* Recop. præferatur creditor chirographarius ex schedula in papyro sigillata conscripta, ei qui in communi chirographum confectum habet trina testimoniū subscriptione roboratum? Et negativè merito resolvit *num. 78.*

Vers. Primum, illud constat.

21 Scriptura privata confecta secundum legem *Scripturas, §. 1. C. qui prior. à solemnitatibus, quas requirit, solemnis nuncupatur.* Tusch. *lit. S. concl. 74. num. 10.* In primis tres intercedere testes oportet, qui sint masculi, *l. 31. tit. 13. p. 5.* Tusch. *num. 4.* Merlin. *sup. num. 16.* Genua *d. concl. 3. num. 23.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. n. 5.* Mafcard. *concl. 285. num. 5.* Guttier. *Practic. lib. 1. quest. 125. num. 3.* Tiraq. *de retratt. conv. gloss. 7. num. 54.* Cravet. *de antiqu. temp. §. Quaritur etiam, num. 34.* Morl. *ubi nuper.*

22 Numerus testimoniū pro forma traditur, ita ut duo nequaquam profint ad prælationem Marescot. *num. 11.* Paz *in praxi, tom. I. part. 4. cap. 1. num. 31.* Bolanos *commerc. terrestr. lib. 2. cap. 12. num. 52.* Azeved. *in lib. 5. num. 23. tit. 21. lib. 4.* Recop. & alii proximè enunciati. Adverte ad notanda inferius, *num. 32.*

Vers. Secundo, requiritur.

23 Subscripturus est necessario, qui se subjicit obligationi. Tusch. *supr. num. 3.* Greg. Lop. in *d. l. 31. gloss. 6.* Mantic. *de tacit. & ambig. consent. lib. II. tit. 24. num. 9.* Negusant. *de pignor. part. 5. memb. 2. num. 47.* & alii ex jam adductis. Sat tamen erit, ut obligatus scribat chirographum absque subscriptione. Trentacinq. *supr. num. 5.* Genua *num. 28. & 29.* Idem erit si sigillo proprio munierit. Tusch. *lit. S. concl. 239. num. 2.* Sed aliud probat Cravet. *supr. num. 44.* Vide infra, *num. 46.*

Vers. Tertio, necessarium erit.

24 Testes autem suas debent agnoscere subscriptiones, quod leges expressim jubent, ac obseruat cuncti numeris præcedentibus recensi. Sed si ex tribus unus decedat, vel ab isti testis, reliqui duo recognoscentes suas & tertii subscriptiones, plenam facient fidem. Trentacinq. *d. resol. 12. num. 11. vers. Secunda est opinio.* Genua *d. concl. 3. à num. 53.* Quid si omnes in fata concesserint, cognito per debitorem chirographo, an posteriori instrumentario fieri præjudicium? Interpretes dissentient, quos refert Merlin. *de pignor. lib. 4. quest. 15. num. 48.* Verius videtur, quod non, cessante dictæ legis *Scripturas, dispositio, ut tenet Trentac. num. 15.* qui eod. *tit. resol. 7. num. 1.* egregie

tradit formam hujusmodi recognitionis, itemque d. *resol. 12. in fin.* Addit. Morl. *d. tit. de fid. instrum. quest. 3. num. 18.*

Vult præterea lex, testes probare, ac integræ opinionis: quæ qualitas, si pars opponat, quod idonei non sunt, etiam nullo objecto defecti, erit omnino à producente scripturam probanda. Trentacinq. *d. resolut. 12. num. 10.* Genua *d. quest. 16. conclus. 3. num. 12.* Craveta *de antiquit. tempor. §. Quaritur etiam, num. 39.* Morl. *supr. num. 15. vers. Ceterum:* quod per alias probations suppleri posse, scriptis Marescot. *d. cap. 79. num. 12.*

Ibi: *Hypothecam priorem duobus tanum.*

Est communiter receptum, ut si creditor duobus testibus probet contractum, & obligationem cum hypotheca, præferri debeat posteriori, qui publico instrumento munitur. Gregor. Lop. in *l. 31. gloss. 5. tit. 13. p. 5.* Marescot. *supr. num. 13.* Genua *d. quest. 16. conclus. 2. num. 11.* Bolanos *commerc. terrestre. lib. 2. cap. 12. num. 53.* Merlin. *supr. d. quest. 15. num. 36.* Salgad. *Labyrinth. credit. part. 2. cap. 20. num. 30.* Vela *dissertat. 21. num. 34.* & alii, quos cumulat Ant. Gab. *commun. lib. 1. tit. de probat. conclus. 10. num. 9.* Contrarium faltem quod jus nostrum regium amplectitur noster Praeses per legem *l. 31. tit. 13. p. 5.* Vide *supr. num. 19.*

At tanti, communisque magistri veniā præfata sententia quad utrumque suffinenda videtur; sumus etenim extra terminos legis Regiae, & Imperialis, quæ statuant, cum comparatio fit de scriptura ad scripturam, tunc quidem nemini dubium esse, quin creditor ex instrumento publico, esti tempore posterior, præponatur chirographario, nisi hic contraxerit cum solemitate illis constitutionibus requirita. Aliud est cum anterior creditor, licet chirographum habeat, non illo innititur, sed testimoniū fide deponentium de anteriori hypotheca, quibus, non scripturæ, creditur, nec illa indiget agens. ut recte observat Gregor. Lop. *ubi proximè:* nec scriptura privata nocere potest huic creditori, cum quæ abundant, noce non soleant, *l. Testamentum 17. C. de testam. l. non solent 95. de reg. jur.* Barbosa cum pluribus *axiom. 3. num. 1.*

Seclusa igitur inter publicam, & privatam scripturam collatione, circa quam præfata leges statuerunt, communi opinioni earum dispositio minimè refragatur; etenim quæstio, in qua versamur, est num creditor hypothecarius anterior, quæ legitima testimoniū probatio ne juvatur, potior habeatur posteriore ex publico instrumento? Et hanc affirmative decidit communis per legem *In exercendis 15. C. de fid. instrum.* Et quamvis disputetur quæ ex his probationibus validior sit, ac dignior, ut vide licet apud Mafcard. *de probat. quest. 6. a princip. veritas tamen est, ut quoties non defideratur pro forma ad probationem actus scriptura, utriusque probationis par sit robur, ac firmitas.* Glossa in *d. l. In exercendis*, Mafcard. *num. 21.* Hypotheca autem sine scriptura contrahi potest, *l. Contrahitur 4. de pignor.* Merlin. *eod. tract. lib. 2. quest. 94. num. 5.* Unde in æquali causa, ac probatione creditor tempore